

# DE GRATIA ET DE IVSTIFICATI- ONE.

Optimo consilio hæc uerba in symbolo expressè po-  
sita sunt:

Qui propter nos homines, et propter no-  
stram salutem descendit de caelis.

Repetit enim doctrinam traditam per prophetas  
et Apostolos, quæ affirmat, per filium Dei  
redimi homines tantum, et nequaquam Diabolos.

Ac semper in conspectu sit hoc illustre testimo-

nium, quod huius in symbolo recitatur, et adiuu-  
gantur dicta congruentia: Ut Joannis pri-

mo erat lux vera quæ illuminat omnem  
hominem uenientem in hunc mundum

Et 5. Thimo: 2. Deus uult omnes homi-  
nes saluos fieri. Item Unus est media-

tor Dei, et hominum, HOMO CHRISTVS  
IESVS, qui dedit se precium pro omnibus.

Hæc congruunt cum promissionibus, In  
semine tuo benedicentur omnes gentes,

terra. Et Esaiæ 9. paruulus natus  
est nobis, et filius datus est nobis. Et Cap:

undecimo Ipsum gentes deprecabuntur